



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§.14. Probat Christus se Prophetam eße promissum, in cuius ore Deus verba sua poneret, & ex refractarios castigaret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

quæ faciebant opera, virtute celestis Patris sui fieri, & quam præstebatur doctrinam, ab eodem sibi esse communicatam. De operibus fuscis satis distulit post paralyticam apud piscinam curacionem, ut diximus; de doctrina verò ac sermonibus hæc agit, illa responsione: *Mea doctrina non est mea, sed eius, &c.* Et hic sensus est maximè legitimus, quem Euthymius appellat: *Profundiorè intelligentiam; Quem sequitur Theophilactus, & ambo sumptèrunt ex D. Chrystoso. & D. Cyrillo quòd Dominus ostendere & probare conatur quòd doctrina sua diabolo nequam esset adscribenda præceptorì, nec aeterno Patri contraria, sed nec diversa, quinimo taliter esset sua, ut pariter esset & Patris sui celestis:*

2nc. Ioan. No. 48. in Ioan. I. 4. in Ioan. VI.

Quid aduerbium non significet.

Matt. 10. 20.

Ioan. 12. 44

1. Reg. 8. 7

Ephe. 6. 12.

1. Cor. 15. 10.

Hom. in illud enim autem subiecta: habetur post Ep. ad Cor. Hebr. 1. 1.

Lib. de Adorat. in Bir.

Quocirca ille a dictio Non dum dicit non est mea, non absolute sumenda est, sed eo modo ut idem significet, quod *Non solum*. q. d. Mea doctrina, non solum mea est, sed etiam & primario Patris mei est: Et hic loquendi modus est Christo familiaris: *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* q. d. Non estis vos soli qui loquimini, sed etiam & principaliter loquitur Spiritus S. Et iterum: *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.* Et olim audivimus Dominum dicentem Samuel: *Non te speraverunt, sed me.*

Hic supradicto Paulum Apostolum in illa tritissima sententia: *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus Principes & potestates.* Negare non vult, nullum nobis adversus carnem esse certamen, quod toties iam confessus fuerat, sed indicat quòd nedum contra carnem luctandū sit, sed etiā & principalius, contra tenebrarum principes qui per illam & in illa nobis graviter impugnant. Pariter & in illa: *Abundantius illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Se laborasse non negat, sed quòd principaliter labori suo divina gratia concutierit auxiliatrix. Nihil ergo Christus (ex mente D. Chrystosi) illis asserere, quod si doctrinam suam minime receperint, Dei non acceptent doctrinam: etenim illa, quam ipse proponit, non tantum eius est, sed ipsius Dei. Hoc adimplet quod postmodum Iudæis exposuit Apostolus: *Multifariè multisque modis olim loquens Deus patribus in Prophetis, notissime diebus istis locutus est nobis in filio.* Ab antiquis temporibus idem promiserat Moysi Deus in figura pro ut sequitur D. Cyrill. Alexandr. quando præcepit illi Dominus fabricam propitiatorij quod erat tabula ex auro purissimo, quam super arcam collocare debebat, in qua duæ tabulæ le-

gis inclusæ servabantur; ut esset Dei sedes ex qua, & per quam loqueretur: ita ut vox quæ de propitiatorio procederet Dei esset, qui sedem suam ibi fixerat: *Factus est propitiatorium de auro mundissimo, &c. inde præcipiam & loquar ad te supra propitiatorium.* Plurima detegit D. Cyrill. hic mysteria, qua ratione Christus sit propitiatorium, & ex auro, & in quo sedeat Deus, & in quo & per quod loquitur, ex quibus manifestè patet quàm eleganter, dicere potuerit. *Mea doctrina est mea.*

Exod. 25. 17. 22.

§. 14. Probat Christus se Prophetam esse promissum, in cuius ore Deus verba sua poneret, & irretractabilis castigaret.

EX his præmissis mirabilis erit intelligentia verborum Christi, qui spectare vult illis, celebre hoc facinus quod Deus per Moysen populo suo fecit in Exodo: cum iam morti proximus esset illi hoc idem reduxit in memoriam, quo servum suum consolaretur, in Deutorum nomio promissum adeo nobile quod et neclate perpendit D. August. quamvis enim quiddam Moyses literis mandavit de Christo & propter Christum fuerit: *De me ille scripsit: ait ipse Christus: omnium tamen clarissima scriptura, quam de Christo exaravit, illa fuit. Et D. Chrystostom. egregie probat, quod in solo possit Christo veritificari. Descendit Deus de monte Sinai legem daturus igne terribili circumcinctus, scintillas eubraus ardentissimas tonitru, fulgure & coruscatione ita formidabilis, ut totus populus tremore nihilo percelleretur, & in tantam de Deo formidiniè trepidus corrueret, ut ad Moysen confugeret, eum deprecatus, ut à Deo hanc gratiam obtineret, ut non ipse populo loqueretur nec ad eum sursum in montem ascendere teneretur, ne forte timore ceterptus viro tam horrendo spectaculo moretur; ipse verò Moyses sequester esset, ipse nuntia verbaque acciperet, quæ populo Deus intimare vellet, ipse ex Dei nomine loqueretur, quod eum libentissimè essent audituri, Loquere tu pro nobis Dominum, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Adit Dominum Moyses: aitque Domine mihi populus ille, hoc igne, tonitru & coruscatione quibus apparuisti, tanto metu consternitur, ut sola cogitatione deficiens concidat, nec ferre potest tantam sibi loquentis, maiestatem. Te humiliter deprecatur, placeat tibi, ut quod illi indicare volueris, fiat me mediatore. Respondet Dominus: *Ego locuti sumus, &c.*

38

L. 6. contra Faustum cap. 22.

Ho. quod Christus sit Deus Tom. 53

Exod. 10. 17.

I. Proponitur Dei de Christo mittendo promissum.

omnia 17.

omnia sui in omnibus. Ratio ne nituntur optima quod meam nolint spectare maiestatem, & ut ipse eis illudque fiat te intermedio. Revertuntur illis, hoc mihi perplacere, & quod ad integram perfectamque eorum salutem missurus sum Prophetam tui similem, ex eadem generatione, carne & familia: ponam verba mea in ore eius, & sciat quod quaecumque loquetur: futura sunt mea, prout illum attentius audient. Verumtamen tibi caveant, quod si hunc loquentem in nomine meo nequaquam audierint, hoc animo feram a deo molesto, ut non letem de illis vindictam sumpturos, & quemcumque illi refractarium fuerit castigatus: *Prophetam suscitabo eum de media fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quae praecepero illi. Qui autem verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor existam.* Hoc responso ac promisso revertitur ad populum Moyses: omnes alacri mente voceque respondent. Maximum ̄ maximum nobis Deus contulit beneficium, & perpetuo Prophetam hunc anhelat prosequamur nobis ab eo promissum, pariterque spondemus, quod venientiam in arreptis auribus menteque pia, quidquid in nomine eius dixerit, sumus audituri: & plus iusto plectetur supplicio, qui contumax illi noluit obedire. Hinc promissio iniuxta est perpetua illa, & infragabilis huius Prophetæ promissi, Mellis nimirum expectatio.

II. Christus est ille Propheta.

Hanc modo historiam Salvator noster tangit, asserens illam sua presentia completam, volensque ex illa commone aduersarios. An meam vos, quam praedico, admiramini doctrinam? An quæritis unde illam didicerim? Illius Prophetæ recordamini, quem Deus per Moysen promissit, & vos venturum expectatis. In mentem vobis veniat, id quod vobis Deus est locutus: quod poneret verba sua in ore eius, ita ut, verba quæ diceret, non sua forent, sed Dei illum delegantis. *Ponam verba mea in ore eius, Attente considerate quod sum ego ille Prophetes, quocirca verba quæ profero, & doctrina, quam doceo, eius est, ipse in ore meo posuit, quidquid proloquor. Mea doctrina, non est mea sed eius qui misit me. Ipse dixit & mandavit mihi quæ dicam, & quæ loquar, &c.* Videte quod nedum illi non sum contrarius, nec mea doctrina illius, ut etiam sit illius, quod posuit verba sua in ore meo.

39 Iudaeorum arguitur contumacia.

Cum autem adeo sit refractarij, ut eam scijciatis, certissimum vobis ac horridum pericadete supplicium ab illo imminendum, quandoquidem Hieron. Bapt. de Lazaro. l. viii. c. 111.

in se susceperit tanti criminis multare gravitate. *Ego ultor existam.* Hoc illis apertius iudicavit quando hoc cum illis sermones instituit, adireo namque sicut illos enarrat D. Evangelista, *Qui Ioannis 9 misit me Pater, ille testimonium perhibuit de me: quia 37. vocem eius nunquam audistis, neque speciem eius vidistis, & verbum eius non habetis in vobis manens. Scrutamini scripturas, &c. Si crederetis Moysi, & mihi forsitan crederetis, de me enim ille scripsit. Iam enim Pater de me tulit testimonium in illa promissione vobis facta mittendi Prophetam qui suo vobis nomine loqueretur: verumtamen hic obstinata vestra patet manifeste rebellio, qui vos Moysi discipulos esse gloriamini, quem, ut praecipientem à Deo datum honoratis, cuiusque constantissimè creditis. Si ipsi crederetis, indubie hoc enim hoc in loco significat adverbium forsitan ut ex alijs locis confirmat D. Ambrosius. minime sum- liter crederetis: ego namque sum, de quo scripsit ille, & ad quem moriens vos remittit.*

Lib. 2. c. 29. n. 6. 29.

Ex tunc vestram contra Deum obstinatum ostenditis contumaciam, ut neque eum in figura flammæ ignis descendentem in montem videre volueritis, nec vocem eius vobis loquentis audite. *Neque vocem eius audistis, neque speciem eius vidistis.* Non contradixit ipse vobisque irato verbo promissit, quod Prophetam audiretis vobis à se mittendum, qui vobis eius nomine loqueretur, & adhuc minus praestatis. Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis. Vah seductos proditores qui tunc appellastis in p. asens tēpus, & si tunc peruersè mal. que feceritis, nunc rebelles committitis peiora nequiore. Ira Dei gravissima capitibus vestris imminet: ex tunc enim vobis eam minabatur, dicens: *Ego ultor existam.* Perduelles estis & pernicaces, qui Deo semper perfidi mentimini. Tunc Deo mentiti estis nolentes eum videre, nec audite, & modo, recipere eius revertentes, quem vobis misit ille, cuiusque qui nomine loquitur: ita ut vestre agendi modus perpetua sit malaque contumacia merito rebellionis comparanda Pharaonis: dum enim horrenda conficit prodigia coram oculis suis adeo mirabiliter patrata, illorum terrore perculsus in alterum appellat eum fide contra promittens, se Moysi ac Aaron obsecurum, at obsecante mane eum illis dicitur reddidit & obstinatior.

VI. Christianorum rebellio confunditur.

Talis quoque, Christiane, aliquo modo tua arguitur esse contumacia, cui de die in diem appellas, & si die primo Deo pertinax resististi, illi resistis & altero pertacior. Die mihi inuiste serue-

B b rator.

rator, cur pauperi non restituis quod illi per-  
 suram abstulisti? Domine, modo necessitate ni-  
 mia coactor, dum mihi facultates fuerint am-  
 pliores, restituiam. Illa tibi detines, & tunc  
 quando prae oculis habes magis illis afficeris, &  
 minus de restitutione cogitas. Vt quid peccata  
 haec quaquam consistis, vitamque illam tot libi-  
 dinibus computatam non corrigis? Domine  
 modo alijs occupor, breui tempus aderit Qua-  
 dragesima, illis opportunum, & ex corde spon-  
 deo meliora. Nec ante fecisti nec adueniente  
 facies hoc Quadagesima; cum confessionem ex-  
 pedias breuiem, misericordiam, inpro medita am, impa-  
 ratam, nulla vera contritione formatam. Domine,  
 inquit alter, si Deus prosperam mihi concedat  
 valetudinem euadam in virum sanctum, multas  
 ieiunabo diebus, penitentiam agam, etiam nunc  
 aduersa corporis valetudine ad hoc non datur op-  
 portunitas. Salute gaudes integra, minus hoc  
 quod promissisti, perficis. Vae tibi misero, qui de  
 termino differis & appellas in terminum, & si  
 male diebus vixisti prioribus, peius te geris vixis-  
 que posteroribus.

Hos considera proditores, tunc appellantur in  
 tempus illud, quo Propheta venit ad Deo promif-  
 sus, & nunc dum eum praesentem habent, eum  
 audiunt, toto reiiciunt impetu, vellitant, calum-  
 niantur. Ira Dei manet super eum; sic de talibus  
 Baptista vaticinatur. Ex praemissis declarat D.  
 Gaudentius Episcopus Brencensis illa Christi ver-  
 ba. *Sermonem quem audistis, non est meus sed eius  
 qui misit me Patris, & concludit: Quo dicto satis  
 claruit, Patris contemptiores esse vniuersos, doctri-  
 nam vnguentis filij contemnen-.*

**§. 15. Mea doctrina non est mea. Prædica-  
 toris doctrina, sit Dei, cum ipse legatus est  
 & vi talis honorari debet.**

**40**  
 I.  
 Prædica-  
 tor non  
 sua sed  
 Dei verba  
 proponat  
 Ioann. 10.  
 21.  
 2. Cor. 5.  
 10.

**H**oc illis Dominus inimare voluit, pariter-  
 que prædicatores instruere, quid illis sit  
 prædicandum; non propria inuentiones,  
 non de proprio cerebro composita figmenta, sed  
 quæ Deus illis dicenda præcipit; ut eis dicere  
 liceat: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit  
 me: iam enim Saluator eosdem instruit, dicens: Si-  
 cut misit me Pater, & ego misit vos. Sicut ille deli-  
 cendit ab æterno Patre legatus missus, nos  
 mittit velut legatos suos, Pro Christo legatione  
 fungimur, tanquam Deo exhortante per nos: ait ille  
 prædicatorum coryphæus D. Paulus. Fidelis le-  
 gatus non de suo capite componit, quæ sibi di-*

cedenda sunt, sed attendit audisque quæ sibi propo-  
 nenda præcipiuntur. De hoc querelas contra tal-  
 los quosdam Prophetas Deus olim deponerat.

*Qui loquuntur de cordi suo, & dicunt visiones ca-  
 pitis sui. Et hoc proprium est hæreticis, inquit  
 Rupertus velle perlocuere, ac prædicare suas  
 imaginationes, doctrinas, Phantasmata. Hæreti-  
 eorum ista præfessio non est. Mea doctrina non est  
 mea: illis magis placet propria, illa qua omnium  
 Sanctorum communis est. Vos Dominus mittit ut  
 prædicetis, legatos suos per totum mundum, & ut  
 talibus quid prædicent, imponit. Euntes in mun-  
 dum vniuersum prædicare Euangelium omni crea-  
 turæ. Ite, prædicare non propria commenta, sed  
 nec propria veltia verba, sed mea, meumque Eu-  
 angelium. His conformiter aiebat D. Petrus: Si quis  
 loquitur quasi sermones Dei. Et D. Paulus: Sicut ex  
 Deo, & coram Deo, ita in Christo loquimur.*

Missurus Dominus Ezechielem ad munus præ-  
 dicationis, librum illi tradidit scriptum intus & fo-  
 ris proprijs suis verbis, mandatumque ut illum  
 comederat, sibi inuiceret, pergitque verba illa sua  
 prædicaturus. *Etsi hominis comede volumen istud,  
 & videris, loquere ad filios Israel, & loqueris ver-  
 ba mea ad eos. Idem contigit D. Ioanni Euange-  
 listæ (ipso teste) nec vacat mysterio: Prædica-  
 tori namque conuenit ut primo comedat, gustet-  
 que doctrinam, ac illam sibi incorporet, ut non  
 tantum in verbis eius, quantum in operibus  
 immoletur. An tibi excidit quod Apostolus ait:  
 nutriti prædicationem assimilari: In medio ve-  
 strum, tanquam si nutritrix foueat filios suos. Nemo  
 ignorat quid nutritrix faciat ut filios suos enutiat:  
 ipsa namque prior cibum manducat, quem illi  
 filij patris administrat, illum sibi inuicerat, in  
 suum recipit stomachum, digerit, & in lac  
 conuersum lugendum præbet puisoni. Hoc mu-  
 nus est prædicatoris, ipse prior coelestem diuinæ  
 doctrinæ cibum manducet, à Deo sibi oblatum,  
 sibi incorporat, ut suum faciat, illum operando,  
 illum exequendo, illum sentiendo. Postmodum  
 nullo negotio in lac conuersum præbere pote-  
 rit recipiendum auditoribus, dicetque cum Pau-  
 lo: *Tanquam paruulus in Christo lac pitum vobis de-**

Hier. 23.  
 Ezech. 13.  
 RUPER-  
 t. 15.  
 Marc. 16.  
 15.  
 1. Pet. 4. 11.  
 2. Cor. 2.  
 17.  
 Ezech. 3.  
 1.  
 Apoc. 10.  
 2.  
 1. Thess.  
 2. 7.

D. Grego-  
 ri, &c. Hoc igitur prædicat, verba scilicet, quæ  
 Hn. 1. 17.  
 recepit à Deo prædicanda. Hanc Ezechielis histo-  
 riam expendit D. Greg. & Dei verba: *Et audiet de  
 ore meo verbum, & annuntiabit eis ex me. (& ait): Confite-  
 rentur Propheta ne presumat loqui, quod non inu-  
 audierit, sed prius autem cordis aperiat vocis crea-  
 toris, & postmodum os sui corporis aperiat auribus le-  
 plebis. Et occasione similitèr notat, quod D. Aug. In ps. 47.  
 circa illa Psalterij verba prænotauerat: Inclina-  
 Ps. 48. 3.  
 60 70*